garicum obtinuit. Turenio summum to-
tius exercitus â Cæsare oblatum fama fert,
sed parum incredibilis. Pudendum simul
Germanis et intutum esset, aliunde ducem
acciri, quasi nullam Germania haberet.

21 Jan: Adhuc Ratisbonæ de quali et quanto co-
piarum auxiliarium disceptatur. Et prin-
cipum pleriq; qui se superbe à Cæsare haberi,
neq; dignis honoribus excipi queruntur, de
Ceremoniÿs quibus in palatio recipi in templo
et alÿs congressibus ali postulant, ante
transigere quam Ratisbonam accedere
volunt. Episcopus Monasteriensis cum
paulo post adventum suum ad Cæsarem
salutandum admitti petÿsset, ast negotio-
rum obtentu in aliud tempus rejectus
fuisset, quod tamen Cæsar per otium et
circumvectiones transegerat, bis postea ac-
cersitus venire noluit. Utrumq; vi tempe-
stive. Neq; enim arrogantia fastusq; Cæsa-
ri isto tempore, neq; principibus contumacia
convenit. Culmbacensis cum ædimas sca-
las neminem, qui exceptum ad Cæsarem
deduceret, invenisset, illo insalutato in
hospitium redÿt. Moguntinus extra
ordinariÿs et insolitis â Cæsare honori-
bus cultus, multum de antiquo rigore